



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Felicis Potestatis Panormitani Ordinis Minorum S.
Francisci de Observantia ... Examen Ecclesiasticum**

Potesta, Felice

Coloniæ, 1712

Cap. III. De consensu conditionato.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40060

omnem, aut unam tantum obligationem ex prædictis tribus positivè excludat, v. gr. si positivè habeat animum non se obligandi ad fidem servandam, aut ad bonum proliis, etiam per intentionem mente retentam, invalidum sit matrimonium ex defectu consensus, qui est de substantia contractus. Scotus in 4. d. 31. qu. 1. ubi. *Ad questionem lict. A. & E. v. n. 4250.*

3960 Si verò quis, dum matrimonii contraxit, habuit intentionem saltem implicitam se obligandi ad præfata tria bona, sed simul habuit animum talem promissionem, & obligationem non servandi, mortaliter peccavit, sed validum est matrimonium, Exemplum: Puella parturientium doloribus exterrita, quando matrimonium contraxit, habuit saltem implicitè animum se obligandi ad bonum proliis, sed simul habuit intentionem huiusmodi obligationem non exequendi, sed impediendi; & in effectu studiosè sumpsit medicinam sterilitatis inductivam: peccavit quidem, sed validum est matrimonium. Scotus cit. *& dist. 30. quæst. 2. art. 2. D. Bonavent. in 4. d. 31. art. 1. qu. 3. D. Thomas in 4. d. 31. qu. 2. art. 3. Tancredi tom. 1. lib. 2. dist. 29. à num. 3. ad 7. Tamb. lib. 8. de matr. tr. 4. c. 2. §. 3. Sc. 5. §. 8. Busemb. lib. 6. c. 1. dub. 1. n. 5. & com.*

3961 Ratio est, quia intentio se obligandi ad substantialia contractus, se tenet ex parte actus primi, & inde est de essentia contractus; intentio vero obligationem exequendi, sicut & ipsa executio, se tenet ex parte actus secundi; actus autem secundus accidit actui primo, & ideo ejus defectus non tollit, sed stat cum substantia contractus, ut in simili dixi de juramento, & voto n. 1361.

3962 Hac ratione plures sancti validum matrimonium inierunt, & illibatam castitatem servaverunt, quoniam mutuum dominium

corporum separari potest ab usu, pro omnino lege Scotus in 4. d. 30. q. 2. la. d. factis doctè ostendit, quo pacto validum sit matrimonium P. Virginis cum S. Josepho, & inviolatum castitatis votum remanere.

CAPUT III.

De consensu conditionato.

3963 **C**onstitutum est ex dictis, conditionatum esse matrimonium; quia destruitur essentialitè, sine qua consistere non potest. Unde matrimonium, 2. Sub hac conditione: *Contraho tecum, donec aliam pueram reperiam;* quia est contra bonum fidei, 1. *Contraho tecum, si vis abis generare, vel cum prolem;* quia est contra bonum proliis. *Concatus cap. 14. n. 46.* Adeoque legitime est aliis conditionibus. Pro quibus.

3964 Matrimonium contractum sub conditione de præfatis, vel præteritis, *Contraho, si prædium, quod mihi dixisti, habueris officium à Rege habuisti,* non suspendit consensum, quia vel ita est, vel non est, licet contractus est validus; si non, invalidus, non suspendit consensum conditio de futuro necessario, v. gr. *Te dabo, si eris suus, vel de futuro contingenti certè futuro, quod si Antichristus nasceretur;* quia acquiritur necessario.

3965 Validum est matrimonium contractum sub conditione de futuro contingenti, quæ non sit contra substantiam, præfata tria bona matrimonii; v. gr. *Duco te, si prædium alienum, quod in viro domino dicitur non restituas.* Vel sub conditione impeditiva, quia hæ conditiones habentur pro reiectis, ex cap. final. de condit. apposi.

3966 Matrimonium inicum sub condi-
tione de futuro contingenti honesto; v.gr. *To-
tus pater conseruierit, dotauerit, &c.*
nullam polita conditione. Sed condi-
tionem purificata, probabilius est, quod re-
uocatur novus consensus absolutus coram
Parocho; quia prior, licet fuerit per verba
preteriti, cum fuerit conditionatus, fuit
imperfectus, ac proinde habet rationem
relatiuum, Ita Tamb. tom 2. pag. 144. nu.
107, qui non requirunt novum consensum,
proinde tenent, quod prior consensus
retractatus fieri debeat coram Parocho,
retrahens, quia habet rationem matrimonii:

3967. nec tamen sunt dicta pro intelligen-
tibus matrimonii: et tamen in praxi nul-
lae conditiones sunt à Parocho permit-
tuntur, quod si aliqua sit conditio purifican-
s, impedire faciat, & ea purificata, per
matrimonium absolutum contrahant.

CAPUT IV.

De solemnitatibus Matrimonii.

3968 Solemnitates Matrimonii aliae sunt
substantiales, sine quibus invalidum
est matrimonium; tales ex iure Trid.
sunt presentia Parochii, & duorum testium,
parochiales, sine quibus validum est,
sunt Matrimonium; tales sunt de-
nunciations, & benedictio:

DENUNCIATIONES

3969 Facienda sunt à Parocho, vel ab
alio de commissione Parochi, in
praesentia cuiusque contrahentis, tribus die-
bus festiuis, sed non immediatis, puta tribus
diebus festiuis, tamen tribus diebus festiuis
immediatis, v.gr. tribus festiuis Paschatis, te-
netur praxi; sed praxis est de mediatis.

3970. possunt fieri intra Missarum solem-
nia, vel tempore concionis, aut alio tem-
pore.

3971 Denunciations obligationem sub
mortali inducunt, ut qui scit impedimentum
aliquod, teneatur illud revelare, etiam si
sciat sub secreto naturali, aut sit occultum;
ut in tom. 2. nu. 61. excepto Secreto Sacra-
mentali.

3972 Qui post factas denunciations, in-
tra quatuor menses matrimonium non con-
trahit, non potest contrahere, nisi novas de-
nunciations praemittat arbitrio Episcopi. Ex
declar. Cardin. Fenech. de debito; quia in-
tra tam longum tempus, potuit impedi-
mentum aliquod, maxime affinitatis, de no-
vo contrahi.

3973 Denunciations omittit sine dis-
pensatione Episcopi, est mortale, nisi omit-
tatur sola tertia denunciatio, in casu, quod
nullum sit periculum.

3974 Causae, ob quas possunt Ordinarii
dispensare, ad duo genera reducuntur.
1. Si adsit probabilis suspicio, ne matri-
monium malitiosè impediatur Ex Trident.
sess. 24. cap. 1. de reform. 2. Si imminet grave
periculum animae, corporis, vel famae ipso-
rum contrahentium. Clericatus cap. 144.
num. 4. qui subdit.

[In specie autem à Canonistis solent nota-
ri sequentes causae; videlicet. Primo, inae-
qualitas contrahentium, ubi nobilis ducit
ignobilem, dives pauperem, senex iuue-
nem. Si concubinarius in articulo mortis ve-
lit in uxorem ducere concubinam ad legiti-
mandam prolem; quo casu solus Parochus
dispensare potest, si tempus non permittat
accessum ad Episcopum, vel Vicarium. Ter-
tio, si puella sit sub tutore, qui malitiosè dif-
ferat ejus matrimonium. Quarto, si puella de-
florata fuerit à sponso, quem timor sit, si
differatur